



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 46. Jacobi Latomi mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

§. XLVI.

*Jacobi Latomi mors.*Sæcul. XVI.  
A.C. 1544.

**E**odem anno ex Scriptoribus Eccl. *Cocc. in Cat.*  
 clesiasticis non nisi unum vivis ere *Bellar. de*  
 ptum reperimus. Hic erat Jacobus *Script. Eccl.*  
 Latomus Cambronii exiguo Hannoniae  
 oppido prope quamdam Abbatiam na-  
 tus, qui emenso studiorum curriculo  
 Theologiæ Doctoris Laurea Lovaniæ de-  
 coratus, in eadem urbe Canonicus ad  
 S. Petrum renuntiatus est, sibique in-  
 gens nomen suo contra hærefes zelo  
 comparavit; quippe adversus Lutherum  
 ejusque Sectatores plurimos libros elu-  
 cubravit summa quidem facilitate, mi-  
 nori tamen sermonis concinnitate, eo-  
 quod Theologiæ scholasticæ præceptis  
 pertinacius insisteret: de cetero inte-  
 gerrima judicandi vi, atque eruditionis  
 ubertate eminebat inter celeberrimos,  
 quibus illo ævo Lovaniensis Universitas  
 florebat, Doctores jure numerandus.  
 Porro cuncta ejus opera, cum Græcæ  
 ac Hebraicæ linguæ peritia careret, La-  
 tino sermone conscripta potissimum con-  
 troversa fidei dogmata spectant, quibus  
 sequentes præfixi sunt tituli: I. Apo-  
 logia censuræ Facultatis Lovaniensis  
 contra Lutheri articulos. II. Respon-  
 sio ad libellum ab eodem Luthero edi-  
 tum. III. Tractatus de Primatu Pon-

Q 2

ti-

**Sæcul. XVI** tificis contra eundem. IV. Alius de  
**A. C. 1544.** variis quæstionum generibus. V. Li-  
ber de Ecclesia. VI. Opusculum de  
Confessione secreta. VII. Responsio  
ad Helleborum Joannis Oecolampadii.  
VIII. Consutatio Oeconomiæ Christia-  
næ. IX. Dialogi duo de trium lingua-  
rum, & studii Theologici ratione. X.  
Apologia pro Dialogo de tribus linguis.  
XI. Tractatus adversus librum Erasmi  
de farcienda Ecclesiæ concordia. XII.  
Tres libri contra Gælielmum Tindalum.  
XIII. Opusculum de Matrimonio. XIV.  
Ac denique disputatio quodlibetica tri-  
bus quæstionibus absoluta. Cuncta  
hæc opera Latomus ab anno Domini  
millesimo quingentesimo decimo nono  
elucubravit usque ad annum millesi-  
num quingentesimum quadragesimum  
quartum, quo obiit: ea vero Jacobus  
Latomus ejus nepos anno Christi mille-  
simō quingentesimo quinquagesimo Lo-  
vanii in forma majori edi curavit.

§. XLVII.

*Erasmi a Latomo impugnati  
vindiciæ.*

Ceterum Latomus non modo Luthe-  
rum, ejusque asseclas confutare ni-  
tebatur, sed Erasmus quoque in suo  
tractatu *de variis quæstionum generibus im-*  
*pugnasse* videtur; ibidem enim illos re-  
dar-